res [1] vel curatores habeant: ipſi deliberare debent, an inſtrumenta ex quibus adverſarium filiorum tuorum obtinuiſſe dicis, falſa eſſe accuſare debeant. PP. Kal. Octobr. ALEX. A. CONS. 223.

De accuſatione relicta.

6. Idem A. Probo.

ACcuſationem a qua diſcedere [2] te profeſſus es, repetere non debes. PP. 5. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De mora accuſatoris.

7. Idem A. Felici.

SI ea quæ crimen intendit, cognitionem moratur: certa [3] perferendæ accuſationis tempora Judex competens præſtet: intra quæ ſi agere ſuperſederit, renunciaſſe [4] cauſæ intelligitur. PP. 15. Kal. Septembr. AGRICOLA & CLEMENTE CONSS. 231.

De militibus.

8. Imp. GORDIANUS A. Cajo militi.

NOn prohibentur milites [5] accuſationem quæ publici judicii inſtar obtineat, intendere, ſi [6] ſuam ſuorumque injuriam exequantur. Ideoque conſobrini tui necem defendere tibi permittimus. PP. 17. Kalend. Auguſt. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De fœminis.

9. Idem A. Severiæ.

NOn ignorat competens Judex, eam [7], quæ ultionem, & mortem filii perſequi allegat, non temere ad accuſationem eſſe admittendam, niſi prius matrem ſe eſſe probaverit. PP. 6. Non. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De militibus.

10. Idem A. Mucatraulo [8] militi [9].

SI crimen ad tuam tuorumque injuriam pertinens exequaris, ſolennibus te inſcriptionibus adſtringe, ut præſidem provinciæ habere judicem poſſis. PP. Kalend. Aug. GORDIAN. A. & AVIOLA CONSS. 240.

De incendio.

11. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Saturnino & aliis.

DAta [10] opera partis adverſæ res veſtras incendio [11] exarſas eſſe aſſeverantes, crimen legis Corneliæ de ſicariis exequi poteſtis. PP. 13. Kalend. Jul. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

De fœminis.

12. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Corinthiæ.

DE [12] crimine quod publicorum fuerit judiciorum, mulieri [13] accuſare non permittitur: niſi certis ex cauſis, id eſt, ſi ſuam ſuorumque perſequatur injuriam ſecundum antiqui juris ſtatuta tantum, de quibus ſpecialiter ei conceſſum eſt, non [14] exacta ſubſcriptione. Unde aditus præſes provinciæ inprimis examinabit, an tale ſit crimen cujus accuſationem mulier ſubire non prohibeatur. S. 5. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus.

13. Iidem AA. & CC. ad Aſclepium.

SI magnum & capitale crimen ac non leve frater [15] contra fratrem ſuum inſtituit, non ſolum audiendus non eſt, ſed etiam exilii pœna plectendus eſt. Dat. 10. Kalend. Febr. CC. CONSS.

De matre filium accuſante.

14. Iidem AA. & CC. Æliæ.

PRopter inſidias quas tuæ vitæ paratas contendis, accuſationem apud Præſidem provinciæ contra filium [16] tuum, ſi pietas & ratio naturalis animi tui non revocat intentionem, conſtituere potes. S. 16. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De exiſtimatione & de periculo calumniæ.

15. Iidem AA. & CC. Lupioni.

CRiminis accuſationem inſtituere cum [17] periculo [18] calumniæ, ſi tibi exiſtimatio [19] integra eſt, minime prohiberis. S. 3. Kalend. Mart. CC. CONSS.

De pluribus accuſatoribus.

16. Iidem AA. & CC. Callutico.

CUm rationibus juris congruit deſiderium tuum, poſtulantis accuſationem tertiam [20] ei, qui duos reos delatos habeat, non permitti contra legis præſcripta [21], niſi ſuas ſuorumque injurias quis perſequatur. S. 12. Kalend. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De eo, qui in rei domo educatus eſt.

17. Pars ſententiæ eorundem AA. & CC. Dat. 5. Id. Januar. DIOCLETIANO & MAXIM. AA. CONSS.

INiquum & longe a ſeculi noſtri beatitudine eſſe credimus, ut Thaumaſius accuſandi ejus habeat facultatem, in [22] cujus domo [23] eum (licet ingenuum) a prima ætate tamen fuiſſe conſtabat. Quare ex nomine Thaumaſii mentio ſuper conflictu criminis cum Symmacho conquieſcat. † Si quam ſane civilem [24] petitionem idem Thaumaſius ſibi competere confidit: judicio Præſidali poterit experiri.

De fratre & ſorore.

18. Iidem AA. & CC. Juliano.

SI ſororem [25] [tuam] leviorum commiſſorum ream facis, accuſationem non prohiberis exercere in judicio præſidali: quo temerarie commiſſa, congrua ultione plectantur. Dat. 3. Kalend. Mart. DIOCLET. IX. & MAXIM. VIII. AA. CONSS. 304.

Si accuſatus accuſet.

19. Imppp. VALENTIN. VALENS & GRATIANUS AAA. Laodiceo [26] Præfecto Sardiniæ.

NEganda [27] eſt accuſatis [28], [qui non ſuas ſuorumque [29] injurias exequuntur, licentia criminandi in pari vel minori crimine,] priusquam ſe crimine, quo premuntur, exuerint, ſecundum ſcita veterum juris conditorum: [ita tamen,] ut & ipſi inſcriptiones [30] contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint. Dat. Prid. Idib. Auguſt. *Carnunti*, GRATIANO A. III. & EQUITIO V. C. CONSS. 374.

De familiaribus & ſervis.

20. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Eutychiano P. P.

SI quis [31] ex [32] familiaribus [33] vel ex ſervis cujuslibet domus cujuscumque criminis delator atque accuſator emerſerit, ejus exiſtimationem, caput, atque fortunas petiturus, cujus familiaritati vel dominio inhæſerit: ante exhibitionem teſtium, atque examinationem judicii, in ipſa expoſitione criminum, atque accuſationis exordio, ultore [34] gladio feriatur. Vocem enim funeſtam amputari oportet potius, quam audiri. Majeſtatis [35] autem crimen [tantum] excipimus [36]. Dat. 6. Id. Novembr. *Conſtantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De libertis.

21. Impp. HONORIUS & THEOD. AA. Conſulibus, Prætoribus, & Trib. pleb. Senatui S. D.

SI liberti [37], accuſatores manumiſſorum heredumve eſſe præſumpſerint [38]: eodem, quo ſervi ſupplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium. Dat. 7. Id. Auguſt. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. II.

DE ACCUSATIONIBUS [39], ET INSCRIPTIONIBUS [40].

De terminis effoſſis.

1. Imp. ALEXAND. A. Martiano.

EOs, qui terminos [41] effoderunt, extraordinaria [42] animadverſione coërceri debere, præſes provinciæ non ignorabit. PP. 3. Kalend. Auguſt. ALEXANDRO A. CONS. 223.

De ſervo accuſato.

2. Idem A. Syro.

SI cuidam crimini obnoxius ſervus [43] poſtulatur, dominus eum defendere poteſt, & in judicio ſiſtere, accuſatoris intentionibus reſponſu-

1 Vide *l.* 2. ʒ. *h. t.* 2 Deſiſtens ab accuſatione expreſſe, *ut hic. l.* 3. *in fin. l.* 4. J. & *l.* 2. *ff. ad SC. Turpill.* vel tacite, ut *l.* 7. J. *h. t.* non accuſat. 3 Dixi ad *l.* 5. ʒ. *de ing. man. l. ult.* J. *ut intr. cert. temp. l.* 18. *ff. de accuſat.* 4 Accuſationes etiam tacite remittuntur. dixi ad *l.* 6. ʒ. *h. t.* 5 *l.* 8. *ff. de accuſat.* 6 *l.* 10. J. *h. t.* hodie paſſim admittuntur ex uſu. Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 14. *verſ. quæro.* 7 Dixi ad *l.* 4. *ſupr. h. t.* 8 *Buccarrachio*, Hal. 9 Dixi ad *l.* 8. ʒ. *h. t.*
10 Incendium dolo, lata culpa, levi, leviſſima vel fortuito admiſſum, quomodo puniatur, vide apud Angelum *tract. de maleficiis.* §. *Incendiario.* 11 Incendiarius tenetur lege Cornelia de ſicariis. *l.* 1. *ff. de ſicar.* Cæterum non ita commode huic titulo reſpondet hæc conſtitutio. 12 Mulier accuſare de crimine niſi ſua in cauſa non poteſt. *Syn. Baſil.* 6. *Tit.* 36. *ex lib.* 60. *tit.* 41. *cap.* 24. niſi ob cædem parentum, liberorum, patroni, patronæve & eorum filii, filiæve, nepotis, neptiſve, & cæterorum in quos invita teſtimonium dicit: licet & ei lege Cornelia teſtamentaria agere (vel de falſis) item & de teſtamentis paternorum, vel maternorum liberorum. 1. Harm. 2. §. 40. Goth. Hæc lex translata eſt in *can.* 1. *quæſt.* 3. *cauſa* 15. Anſ. 13 *l.* 3. *C. Theod. de accuſ.* dixi ad *l.* 5. *ſupr. h. t.* 14 Subſcriptio an exigatur hodie, dixi ad *l.* 3. *ſupr. h. t.* 15 Frater fratrem, *ut hic*, vel ſororem. *l.* 18. J. *h. t. l.* 1. §. 10. *ff. de quæſtionibus.* de crimine capitali non accuſat, accuſans punitur, *ut hic.* 1. Harmen. 2. §. 48. Goth. Secus Jure Canonico. *c. litteras.* 14. *extr. de Præſumpt.* Anſ.
16 Mater filium ſibi inſidiantem accuſare poteſt. adde *l.* 3. ʒ. *de patria poteſtate.* & ſic publicam accuſationem inſtituere. 1. Harm. 2. §. 41. Filius ex contrario de facto matris queri poteſt. *l.* 11. §. 1. *ff. de accuſ.* 17 Falſus accuſator, calumniator.
18 Periculum hic vocatur accuſatoris inſcriptio in crimen, quod ex ea accuſator periclitetur, ne reus fiat: ſicut ex ſententia judex periclitatur, ne litem ſuam faciat, & ne teneatur, *Quod quiſque juris:* & is utique quicunque condemnationem patitur & omnes ſcripturæ noſtræ maxime in judiciis ſimiliter pericula dici poſſunt, non etiam verba quæcunque. Cujac. *ad tit.* ʒ. *de ſententiis ex periculo recitandis.* 19 Infamis accuſare non poteſt. *l.* 4. *l.* 8. *ff. de accuſ.* adde *l.* 1. ʒ. *de advoc. diverſ. judic. Synopſ.* 60. *tit.* 1. *c.* 16. niſi ſuam ſuorumque injuriam exequatur. *l.* 11. *ff. de accuſ.* & in læſæ majeſtatis crimine. *l.* 7. *ff. ad leg. Jul. majeſt.* 20 Duos qui reos delatos habet, tertium deferre & accuſare non poteſt, niſi ſuam injuriam perſequatur. De tribus reis nemo queri poteſt, niſi ſuarum injuriarum cauſa. *l.* 8. *in fin. l.* 12. §. 2. *ff. de accuſ. l.* 6. *in fin. ff. ad leg. Jul. de adulter.* adde Cujac. 6. *obſ.* 12. 21 Quidam legunt *pracepta.* 22 Domeſticus, ὁ διάγων ἐν οἴκῳ τινὸς &c. Qui degit in alicujus domo, non poteſt eum accuſare: ſed ſi quid pecuniarium ſit, recte de eo agit, *Synopſ. Baſil.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 34. *c.* 17. 1. Harmen. 2. §. 49. unde a quibusdam hic locus refertur ad inquilinos & domeſticos. 23 Alumnus educatorem accuſare non poteſt. his adde quæ de alumno alias dixi *l.* 1. ʒ. *quæ res pignor.* facit *lex* 20. J. *h. t.* niſi forte ſua, ſuarumque injuriarum cauſa. *arg. l.* 11. *ff. de accuſ.* 24 Civilis petitio, quæ & pecuniaria Græcis, Harmenopulo & autori Synopſeos. facit. *d. l.* 11. §. 1. 25 Sororem levioris admiſſi ream facere licet. 1. Harmenop. 2. §. 50. dixi §. *d. l.* 13. ʒ. *h. t.* 26 Laodicea præſidi Sardiniæ. *C. Th.* 27 Accuſatorem ſuum accuſare non poteſt is cujus nomen inter reos receptum, niſi prius ſe crimine purgaverit in ſe collato. *Synopſ.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 34. *c.* 17. adde *l. is qui.* 4. *ff. de accuſ. can. neganda. cauſ.* 3. *quæſt.* 11. (Hujus ſententiæ decem exceptiones adfert Marianus Socinus *in c. ex literis* de mutuis petitionibus) poteſt tamen etiam pendente cauſa in eos, qui accuſant ipſum, inſcriptiones deponere, *ut hic. Synopſ. ibid.* 28 *l.* 12. *C. Th. de accuſ.* dixi ad *l.* 1. ʒ. *h. t.* 29 Paria ſunt pene, ſuorum, & ſuas injurias defendere. 30 Vide quæ dixi ad *l.* 3. ʒ. *h. t.*
31 *l.* 3. *C. Theod. ne præter crimen majeſtatis ſervus dominum, vel patronum libertus, ſeu familiaris accuſet*, 3. *quæſt.* 11. *c. ſi quis*, *l.* 6. *l. ult.* J. *de delat. lib.* 10. *tit.* 11. *Synopſis d. tit.* 34. *c.* 18. & 6. Harm. 12. 32 Οἰκειακὸς: cui adjungitur apud autorem Synopſeos, *ibid.* ſervus, ancilla, filius. 33 De familiaribus & ſervis, *l.* 6. §. 5. ʒ. *de his, qui ad eccleſias.* 34 Σιδήρῳ τιμωρεῖται, ferro punitur. *Syn. ibid.*
35 Adde *l.* 7. J. *ad leg. Jul. majeſt.* 36 Quod ne quidem excepit Tacitus, auctore Vopiſco, nec Trajanus, auctore Plinio. 37 *Synopſ. d. c.* 18. *in fin. l.* 4. *C. Theod. tit. Ne præter. l.* 8. *ff. de accuſ.* adde *l.* 20. ʒ. *h. t.* 38 Certis tamen caſibus poſſunt. *l.* 38. §. 9. *ff. ad leg. Jul. de adult.*
39 *L.* 9. *C. Theod.* 1. dixi 48. *D.* 2. hoc notandum, In Gallia, reum a privato non accuſari ad pœnam criminalem, ſed a procuratore Regio. vide Rebuff. *in proœmio conſtit. gloſſ.* 3. *num.* 105. qua de re alias etiam dixi. 40 Vide quæ dixi ad *l.* 3. ʒ. *tit. proxim.* 41 Paul. 5. *ſent.* 22. §. 2. 42 Vide Paul. *d. loco.* & 1. *ſent.* 16. §. *un. l.* 1. 2. 3. *ff. de termino moto. l.* 4. §. 4. *ff. fin. regund.* 43 Servus a domino defendi poteſt. *l.* 17. *ff. h. t. l.* 11. *ff. de public. jud. l.* 19. *ff. de pœnis.*

rum.

rum. Poſt probationem autem criminis, non [1] ipſe dominus; ſed ſervus pro ſuo delicto condemnationem ſuſtineat. Ideo enim ſervum ſuum domino defendere permiſſum eſt, ut pro eo poſſit competentes allegationes offerre. PP. 11. Kalend. Decembr. ALEX. A. CONS. 223.

De abſentibus.

3. Idem A. Stephanidi.

REos capitalium criminum abſentes [2], etiam per [3] procuratorem defendi, leges publicorum judiciorum permittunt [4]. PP. 4. Non. Nov. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Non tenet ſententia abſolutoria lata pro præſente contra abſentem non citatum legitime. Bald.

4. Imp. GORDIANUS A. Archelao.

SI accuſatoribus [5] abſentibus [6], & non [7] per contumaciam [8] adeſſe judicio ceſſantibus, ex una [9] poſtulatione aditus præſes provinciæ non cauſa cognita ſententiam dixit, qua eum, de quo querimoniam detuliſti, liberandum exiſtimavit: criminatione etiam nunc perſeverante, quæ contumacia, vel ceſſatione accuſatorum non interveniente auferri non potuit: cauſa intentati criminis apud [10] eundem, vel ſucceſſorem ejus more judiciorum tractabitur. PP. Non. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEJANO CONSS. 242.

De mandato.

5. Idem A. Paulino.

NOn [11] ideo minus crimine, ſive atrocium injuriarum judicio tenetur [12] is, qui in juſtam accuſationem incidit, quia dicit alium ſe hujusmodi facti mandatorem habuiſſe. Namque hoc caſu præter principalem reum, mandatorem [13] quoque ex ſua perſona conveniri poſſe ignotum non eſt. PP. 3. Idib. Septembr. GORDIANO A. II. & POMPEJ. CONSS. 242.

De abſentibus.

6. Idem A. Avidiano.

ABſentem [14] capitali crimine accuſari non [15] poſſe, ſed requirendum tantummodo annotari [16] ſolere, ſi deſit, vetus jus eſt. Et ideo cum abſentem te & ignorantem, cui nunquam ullum crimen denunciatum [17] eſſet, per injuriam a præſide provinciæ in metallum damnatum eſſe dicas: quo magis in præſenti te agente (ut aſſeveras) jam nunc fides veri poſſit illuminari, præfectum prætorio adire [18] cura: qui quidquid novo more & contra formam conſtitutionum geſtum deprehenderit, pro ſua juſtitia reformabit. PP. 4. Non. April. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

De relationibus a publicis perſonis factis.

7. Idem A. Proculo.

EA quidem, quæ per Officium [19] præſidibus denuntiantur & citra [20] ſolennia accuſationum poſſe perpendi [21] incognitum [22] non eſt. Verum ſi falſis necne notoriis [23] inſimulatus ſit, perpenſo judicio diſpici debet. PP. 8. Id. Jan. PEREGR. & ÆMIL. CONSS. 245.

Apud quem accuſari debet.

8. Exemplum ſacrarum litterarum DIOCLET. & MAXIMIAN. AA.

SI quis ſe injuriam ab aliquo paſſum putaverit, & querelam deferre voluerit, non ad ſtationarios [24] decurrat, ſed [25] præſidalem adeat poteſtatem, aut libellos offerens, aut querelas ſuas apud acta deponens. PP. ſine die & conſule.

Si quis ſæpius accuſetur.

9. Iidem AA. Honorato.

QUi [26] de crimine publico in accuſationem deductus eſt, ab alio [27] ſuper eodem crimine deferri non poteſt. Si tamen ex [28] eodem facto plurima crimina naſcuntur, & de uno crimine in accuſationem fuerit deductus: de [29] altero non prohibetur ab alio deferri. Judex autem ſuper utroque [30] crimine audientiam accommodabit. Nec enim licebit ei ſeparatam [31] de uno crimine ſententiam proferre, priusquam pleniſſima examinatio ſuper altero quoque crimine fiat. PP. 4. Kalend. Septemb. BASSO II. & QUINTIANO CONSS. 289.

De promiſſione victoriæ.

10. Iidem AA. & CC. Urſæ.

QUi explicandi negotii ſpem [32] (cujus finis in Judicis poteſtate ac motu ſitus eſt) pollicetur: non minus ob illicitam ſponſionem crimen contrahit, quam qui ad hujusmodi promiſſionis commercium [33] contra diſciplinam publicam adſpirat. PP. 3. Kalend. Novembr. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

An abſolutus accuſari poſſit.

11. Iidem AA. & CC. [34] liberis Criſpinæ chariſſimæ nobis.

SI quis homicidii crimen exiſtimat perſequendum, ſecundum juris publici formam debebit eum, qui in primordio homicidii poſtulaverit reum, neque probaverit, ideoque reus abſolutus eſt, prævaricationis [35] arguere: Id enim ſalubriter ſtatutis principum parentum noſtrorum jurisque forma præſcriptum eſt. Vel ſi id non putaverit [36] agendum: ad ſequens crimen (id eſt paſtorum [37] latronumve) deſcendere eum coges [38], atque id exequi judicio tuo: cum ſiquidem id ab incuſato appareat eſſe commiſſum, ob ultionem publicam obnoxius legibus fiat. Dat. 8. Id. April. ANNIBAL. & ASCLEPIODOTO CONSS. 292.

De eo, qui ſe ſponte præcipitavit.

12. Iidem AA. & CC. Aurelio.

FActum ſponte ſe præcipitantis [39], innocenti [40] criminis periculum afferre non poteſt. S. 14. Kalend. Jun. *Sirmii*, AA. CONSS.

De ſervis accuſatis.

13. Imppp. VALENT. GRAT. & THEOD. AAA. Mariniano [41] Vic. Hiſpaniæ.

SI [42] quis ſervos crediderit accuſandos, non [43] prius ad corporum tormenta veniatur, quam ſe vinculo ſubſcriptionis adſtrinxerit. Dat. 6. Kalend. Jan. *Patavii*, MEROBAUDE II. & SATURN. CONSS. 383.

De officio judicis.

14. Iidem AA. & ARCADIUS A. Cynegio P. P.

SInguli univerſique [Judices] cognoſcant [in publicis criminibus] non oportere emendicatis uti ſuffragiis decretorum, [aut relationibus [44]

1 Dominus ex ſervi delicto non accuſandus. *l.* 7. §. 1. *ff. de damno. l.* 5. §. 5. *ff. de oper. novi.* e contrario, ex delicto domini ſervus non convenitur. *l.* 5. *ſupr. ne filius pro patre.* 2 Abſens reus per procuratorem poteſt defendi. Neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt, niſi ingratum libertum patronus accuſet. Paul. 5. *ſent.* 16. §. 11. *l. ſed & hæ.* 35. §. 1. *ff. de procur. l.* 4. *ff. de obſequiis.* aut rei abſentia defendatur. Paulus *illo loco. l. abſens.* 71. *l. ſervum.* 33. §. *publice.* 2. *ff. de procur. l. inter.* 10. *l. pen. ff. de publ. jud.* 3 *l.* 33. §. 2. *ff. de procurat.* 4 Imo non permittunt. *l.* 13. *in fin. ff. de publ. jud.* non permittunt in crimine non capitali, velut adulterio, *l.* 11. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de adult.* quod olim non fuit capitale, de quo dicam ad *l.* 30. *in fin. infr. ad leg. Jul. de adult.* in capitali permittunt, *d.* §. 2. *l.* 6. *ff. de appell.* Nam & ita Sthenio Thermitano reo criminis cognitor (qui quaſi procurator eſt) datus eſt apud Ciceronem *de jure dicundo in Verrem.* Poteſt etiam per procuratorem is defendi, quo præſente lis criminalis conteſtatur. *l.* 14. *infr. ad leg. Jul. de adult. l.* 10. *ff. de publ. jud. l.* 4. §. 2. *ff. ad leg. Corn. de ſicariis:* adde Cujac. 20. *obſ.* 20. Accurſius putat permitti abſentem defendere ad ſententiam usque, *ut hic.* defendentem, ſuam quodammodo utilitatem & cauſam defendere. Cætera vide apud Clar. 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 32. Goth. *Permittunt:* Scilicet de alia cauſa quam objecto crimine, ut de juſta abſentia *l.* 71. *ff. de procurat.* Cujac. poſt Accurſ. *in Gloſſ. hic.* S. L. 5 De ſententia lata pro reo accuſatore abſente. Inde colligunt, Plures poſſe uno & eodem libello accuſare: ſi tamen ſuam ſuorumque injuriam proſequantur, alias, plures ſimul accuſare non poſſe, niſi per procuratorem. *l.* 3. §. 6. *ff. de ſepulchr.* dixi ad *l.* 16. *ff. h. t.* adde Clar. 5. *ſent.* §. *ult. qu.* 13. *in princ.* Duar. 1. *diſp.* 39.
6 Accuſatore citra contumaciam abſente, reoque abſoluto, abſolutio ipſo jure nulla, & ex integro cauſa agi poteſt apud eundem vel ejus ſucceſſorem. *infr. h. t.*
7 Puta, ſi inutiliter citatus. vide Roland. a Vall. 1. *conſ.* 39. *n.* 9. 10. *ad* 33.
8 Alias ſi per contumaciam a lite primum conteſtata abeſſet, notaretur calumniæ. *l.* 10. *ff. de publ. jud.* ante litem conteſtatam poſt inſcriptionem extra ordinem. *l.* 3. *ſupr. de his qui accuſ. l.* 2. *infr. ad SC. Turp.* adde Cujac. 20. *obſerv.* 11. 9 Id eſt, μονομερῶς, cui contrarium eſt συςάδην, vel cauſa cognita. adde *l.* 5. §. 4. *ſupr. de temp. appell.* 10 *l.* 6. *ſupr. quomodo & quando judex.* 11 Mandatarius criminis auctorem laudando non excuſatur. *l.* 1. §. 13. *ff. de vi & vi.* Mandatarii criminum puniuntur. *l.* 3. §. 1. *ff. ad leg. Jul. de vi privata.* quin mandator tenetur, *ut hic. Synopſis Baſil.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 33. *c.* 18. 12 Imo minus tenetur mandatarius, ſi parere neceſſe habuit. *l.* 169. *ff. de reg. jur.* præſertim ſi de non atroci facinore quæritur. *l.* 20. *ff. de oblig. l.* 157. *ff. de reg. jur.* aut ſi id ab aliquo committitur quod mandator (exemplum ſit in patre filiam in adulterio interficiente) impune præſtare potuit, Clar. 5. *ſentent.* §. *ult. quæſt.* 60. *verſ. ſolut.* aut ſi vis illata facienti, ideoque volunt mulieri, quæ per metum adulterium commiſerit, ignoſci. Clar. *d. loc. verſ. quæro modo.* Judicem excuſari a pœna, ſi principis juſſu non obſervatis juris ſolennibus, capitalem in aliquem ſententiam tulerit. Clarus *ibid. verſ. ſolet dubitari.* fabrum excuſari, ſi mercede conductus in aliena ſilva, alterius mandato arbores exciderit, aut in alieno quid everterit. Clarus *dict. verſ. ſolet.* 13 Mandator criminis tenetur. *l.* 11. §. 3. *ff. de injur. l.* 15. *in fin. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Paul. 5. *ſent.* 23. §. 5. adde quæ dixi ad *l.* 4. *ſupr. de ſerv. fugitivis.*
14 De abſente non accuſando. 15 Abſens accuſari non poteſt, *ut hic*, & *l.* 15. *infr. ad l. Jul. de adult.* multo minus damnari. *infr. h. t. l.* 5. *infr. de pœnis.* alioquin ſententia nulla eſt. Quod igitur remedium eſt adverſus abſentem? Bonorum ejus fit annotatio. *infr. h. t.* quod hodie in Gallia, Italia, Hiſpania, & foris Eccleſiaſticis locum non obtinet, poſſunt enim abſentes contumaces, etiam ad mortem damnari, eorumque bona fiſco adjungi. vide Clar. 5. *ſent.* §. *ult. qu.* 44. *verſ. factus. verſ. ſed hodie. verſ. licet.* 16 An hodie locum habet bonorum alienatio, dixi ad *l.* 1. *infr. de requir. reis.* 17 Reus citandus eſt, etiamſi princeps accuſet aut agat. *Clem. cap. Paſtoralis.* 2. *de ſentent. & re judic.* etiamſi de cenſura, excommunicatione, aut interdicto ferendo agatur. *Communis opinio* apud Clar 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 31. *in princ.* Fieri autem citatio in civitatibus debet judicis mandato. Clar. *ibid. verſ. unus.* Quid ſi reus in alieno vivit territorio? dixi ad *l.* 7. *ff. de cuſt. l. ult. ff. de accuſ. Novell.* 134. *c.* 5. *l.* 4. §. 6. *ff. de damno. l.* 15. §. 1. *ff. de re jud.* quid ſi defunctus? vide *l.* 1. §. 1. *ff. de curat. bon. dand.* de citatione vide quædam alia apud Clarum *d. loco.* 18 Nullitas ſine appellatione poteſt proponi, vel apud ſuperiorem, vel apud eum ipſum, qui ſententiam tulit, quinimo executio impediri poteſt nullitate objecta. Bald. *hic.* adde Wurmſer. 1. *pract.* 24. *obſerv.* 35. 19 Officium ſtationarii, *l.* 8. *infr. h. t.* publicæ perſonæ, *l.* 14. *infr. h. t.* nunciatores. *l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turp.* Goth. Hanc legem explicat Zanger. in proœmio *tractat. de tortur. reor. cap.* 1. *num.* 23. Anſ. Vide Ægid. Boſſium *titulo: Quomodo procedatur in crimine.* 20 Notoriæ & relationes apparitorum, vel aliarum publicarum perſonarum non exigunt apparitoris inſcriptionem: ſunt tamen accuſationibus proximæ, quia non minus ſubit periculum, qui ex eis denunciat crimina, quam qui defert ex inſcriptione, *ut hic*, & *d. l.* 14. *l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turpill.* Alias ridicula ſunt, quæ ſermonis ignoratione Latini veteres interpretes hic ſunt commenti de Notorio. 21 Ex indiciis ſcil. 22 Denunciantibus an & quatenus jure credatur, vide apud Socin. *reg.* 89. 23 Notoria, *ut hic*, quæ & notoria indicia *in l.* 6. §. 3. *ff. ad SC. Turp.* πιτταχώματα. *Syn. Baſil.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 1. *cap.* 15. ſunt elogia (Galli *Informations*) ab apparitoribus præſidum, irenarchis, & publicis perſonis, *l.* 14. *infr. h. t.* ad magiſtratus transmiſſa.
24 Stationarii ſunt apparitores diſperſi per vicos & provincias certis locis, ut magiſtratibus denuncient crimina, quæ geruntur. *l.* 1. *infr. de curioſis. lib.* 12. *tit.* 23. vide *l.* 1. §. 12. *ff. de offic. præfect. urb. l.* 31. *C. Theod. de epiſc. & cler. l.* 1. *C. Theod. de curſu publico.* vide *l.* 6. *infr. de dignitat.* 25 Apud præſidem, non apud ſtationarios libellus accuſationis proponendus. 26 Accuſatus de crimine ab uno, de eodem crimine ab alio non accuſatur. Quod ſi ex eodem crimine plures actiones naſcantur, a diverſis perſonis accuſari poteſt. *Synopſ. Baſil.* 60. *tit.* 1. *ex tit.* 33. *cap.* 24.
27 Vide *l.* 16. *ff. h. t.* 28 Ex eodem facto plurima delicta naſci poſſunt.
29 Unum & idem delictum unius ejuſdemque hominis a pluribus deferri non poteſt. *l.* 4. *ſupr.* & *l.* 11. §. 2. *l.* 16. *ff. h. t.* Diverſa vero delicta unius hominis a diverſis hominibus poſſunt deferri, *ut hic*, poſſunt & ab eadem perſona. *l.* 3. §. 3. *ff. h. t.*
30 Diverſis unius ejuſdemque hominis delictis ad judicem delatis, judex habita ratione gravioris condemnare debet: nec in ejus arbitrio eſt, minoris habere rationem.
31 Ne alioquin cauſæ continentia dividatur. *l.* 10. *ſupr. de judiciis.* 32 Spem explicandi negotii vendere quid eſt? eventum ſententiæ vendere. vide Paul. 5. *ſentent.* 25. §. *ult. l.* 15. §. 30. *ff. de injuriis.* Goth. Adde Duaren. *l.* 1. *diſputat. cap.* 25. Joann. Papon. *l.* 6. *tit.* 2. *Arreſt.* 12. & *ſeqq.* Anſ. 33 Hæc conſtitutio pertinet proprie ad fumi venditores (quales fumo necari Alexander Severus juſſit) non ad impunitatis promiſſores. vid. Cujac. 20. *obſerv.* 9. 34 *Have Criſpine, Cariſſime nobis*, Cont. 1. *diſp.* 15. Cujac. 1. *obſ.* 15. Fuit autem is Criſpinus præſes provinciæ. vide Cujac. *ibid.*
35 Prævaricationis tenetur, qui reum non probavit. adde *l.* 1. *ſupr. de advoc. diverſ. judicior.* 36 Sit hæc hypotheſis: Qui homicidii & criminis ſimul paſtorum & latronum accuſari potuit, accuſatus tantum fuit homicidii. Accuſator homicidium non probavit? Prævaricationis poterit condemnari accuſator, niſi a judice cogatur deſcendere ad alterius criminis executionem. 37 Crimen *paſtorum* hic dicitur, non quod, ut Accurſius putat, a Caino & Abele paſtoribus initium ſumpſit: ſed quod paſtores latrociniis dediti eſſe conſueverunt, ut de Abaſgis & Heniochis ſcribit Strabo, quos ait vivere ληςρικῶς καὶ νομαδικῶς, eamque ſententiam confirmat lex unica, C. Th. *Ne paſtoribus dentur filii nutriendi. lib.* 9. *tit.* 31. fere alioquin, ut qui nutriendos dederit, ſocietatem latronum videatur iniiſſe: quamvis alias ruſticanis nutriendos dare liceat. Ita conjungi recte hanc vitam, paſtoritiam & latronum refert Ariſtoteles 1. *Polit.* 11. 38 Clarus 5. *ſent.* §. *ult. quæſt.* 15. *verſ. item quæro.* ſcribit neminem hodie cogi accuſare: ne heredes quidem occiſi. 39 Dixi J. *h. lib. tit. de bon. eorum, qui mortem ſibi conſciver.* 40 Poteſt enim id accidere doloris impatientia, vel tædio vitæ. vide *l.* 6. §. 7. *ff. de injuſt. rupt.* 41 Ad Marinum, *l.* 14. *Cod. Theod. h. t.* 42 *d. l.* 14. 43 Dixi de ſubſcriptione ad *l.* 3. *ſupr. qui accuſare.* 44 Dixi ad *l.* 7. 8. *ſupr. h. t.*

2 pu-

a publicis personis destinandis credere :] sed rei veritatem inquirere. Dat. prid. Kal. Maji, *Constantinop.* ARCADIO A. I. & BAUTONE CONSS. 385.

De viris potentioribus.

15. Iidem AA. Tatiano Præfecto præt. post alia.

TUnc [1] convenit potentiores [2] viros adesse judiciis, cum eorum præsentiam [in criminibus publicis [3]] per inscriptionem causa deposcat: licet in pecuniariis causis per procuratores litem sustineant. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediolani*, VALENT. A. V. & NEOTHERIO CONSS. 390.

De forma libelli.

16. Imp. ARCAD. & HONOR. AA. Pasiphilo [4].

IN causis criminalibus dignum est [5], ut inscriptiones præponantur [6], quæ magnitudinem videlicet criminis, tempusque designent [7]: ut alterutram partem digna legum terrere [8] possit auctoritas [9]. Quod si fuerit statutum forte contemptum, hi, qui ex officio ingrediuntur secretarium [10], quinque librarum auri, condemnatione ferientur. Dat. 8. Id. Januar. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De accusationis ordine.

17. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Consulibus, Prætoribus & Trib. pleb. Senatui, S. D.

ACcusationis ordinem jam dudum legibus institutum servari jubemus: Ut quicunque in discrimen capitis accersitur, non statim [11] reus, qui accusari potuit, existimetur: ne subjectam innocentiam [12] feriamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum [13] inscriptionis arripiat, custodiæ [14] similitudinem (habita tamen dignitatis [15] æstimatione) patiatur: nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi [16], cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo [17] supplicii. Nemo tamen sibi blandiatur objectu cujuslibet criminis, de se in quæstione confessus, veniam [18] sperans propter flagitia adjuncti, vel [pro] communione criminis consortium [19] personæ superioris optans, aut inimici [20] supplicio in ipsa supremorum suorum forte satiandus, aut eripi se posse confidens, aut studio, aut privilegio nominati: cum veteris juris auctoritas de se confessos, ne [21] interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena. Dat. 8. Id. August. *Ravennæ*, ASCLEPIODOTO & MARINIANO CONSS. 423.

TIT. III.

DE EXHIBENDIS [22], ET TRANSMITTENDIS REIS.

Miles a præside captus, est magistro militum sub fida custodia remittendus. Bald.

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. Valentino Consulari Piceni.

SI miles [23] in provincia repertus crimen publicum commiserit, eum Rector provinciæ sub custodia constituat: atque ita, vel causæ meritum, vel [etiam] personæ qualitatem ad Magistrum militum referat. Dat. 12. Kalend. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO, & VALENTE AA. CONSS. 365.

Non est quis in carcere ligandus antequam convincatur. Bald.

2. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

NUllus [24] in [25] carcerem priusquam [26] convincatur, omnino vinciatur [27]. Ex [28] longinquo si quis est acciendus, non prius insimulanti, [id est, accusatori,] accommodetur adsensus, quam [29] solenni lege se vinxerit, [& in pœnam [30] reciproci stylo trepidante recaverit.] Ei vero qui reducendus erit, ad disponendas res suas, componendosque mœstos [31] penates [32], spatium coram loci judice, aut etiam Magistratibus sufficientium dierum non minus tamen triginta tribuatur, nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia nundinandi [33]. Qui posteaquam ad judicem venerit, adhibita advocatione, jus debebit explorare quæsitum: ac tamdiu pari [34] cum accusatore fortuna retineri, donec repererit cognitio celebrata discrimen. Dat. 3. Kalend. Januar. *Constantinop.* GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 382.

Nullus debet exhiberi, ut reus ad judicium, nisi præcesserit judicis mandatum. Salic.

3. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Drepanio Proconsuli Africæ.

NEminem [35] [in] judicio exhibendum esse præcipimus, nisi [36] de cujus exhibitione Judex pronunciaverit. Dat. PP. Non. Februar. *Mediolani*, VALENTINIANO A. III. & NEOTHERIO CONSS. 390.

TIT. IV.

DE CUSTODIA [37] REORUM.

In cognitione causæ criminalis quando partes sunt præsentes, debet statim de crimine quæri, quod si accusator præsto non sit, reus custodiri debet loco lucido, nec torqueri, vel ferro necti, vel a custodibus vexari.

1. Imp. CONSTANTIUS A. ad Florentium Rationalem.

IN [38] quacunque [39] causa reo exhibito, sive accusator exstat, sive eum publicæ sollicitudinis cura produxerit, statim debet quæstio fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. † Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur: id quidem debet quam celerrime procurari. Interea vero reum exhibitum non [per] ferreas [40] manicas, & inhærentes ossibus mitti oportet, sed prolixiores catenas [41] [si criminis qualitas etiam catenarum acerbitatem postulaverit,] ut & cruciatio desit, & permaneat [sub] fida custodia. Nec vero sedis [42] intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari, [ac sublevari:] & ubi nox [43] geminaverit custodiam [in] vestibulis [44] carcerum, & salubribus locis recipi: ac revertente iterum die ad primum Solis ortum illico ad publicum [45] lumen educi, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miserum, noxiis non satis severum esse dignoscitur. † Illud etiam observabitur, ut neque his qui Stratorum [46] funguntur officio, neque ministris eorum liceat crudelitatem [47] suam accusatoribus vendere: & innocentes intra carcerum septa letho dare, aut subtractos audientiæ longa tabe consumere. Non enim existimationis tantum, sed etiam periculi metus Judici imminebit, si aliquem ultra debitum tempus inedia [48], aut quocunque modo aliquis Stratorum exhauserit, & non statim eum penes quem officium custodiæ est, atque ejus ministros capitali pœnæ subjecerit. Dat. Prid. Kalend. Jul. *Serdicæ*, CONSTANTIO A. VI. & CONSTANTIO C. CONSS. 353.

Gravioris criminis reus debet a judice apud acta audiri, & si deliquisse convincatur, non statim puniri debet, sed conjici in custodiam, & rursus productus interrogari. Nam hæc dilatio iram judicum moderatiorem reddit, ex Basilicis.

2. Idem A. & C. ad Evagrium P. P.

SI quis [49] in ea culpa vel crimine fuerit deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur, auditus apud acta, cum [50] de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat: atque ita postmodum eductus [51] apud acta audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemoratio admissi criminis fiet, ut judicibus immodice sævientibus freni [52] quædam temperies adhibita videatur. Dat. 3. Non. Febr. *Heracliæ*, CONSTANTINO A. VII. & CONSTANTIO C. II. CONSS. 354.

Carcer mulierum debet esse separatus a carcere masculorum. Bald.

3. Idem A. Acindino P. P.

QUoniam [53] unum carceris conclave permixtos sexu criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiamsi pœnæ qualitas permixtione jungenda est, sexu [54] tamen dispares, diversa claustrorum habere tutamina jubeantur. Dat. Non. April. ACYNDINO & PROCULO CONSS. 340.

In AUTHENT. ut nul. judic. §. necessarium. col. 9. tit. 17. al. 9. Novell. 134. cap. 9.

HOdie novo jure nullam mulierem pro pecunia fiscali, seu privata causa, aut pro crimine quolibet modo in carcerem mitti, aut includi, aut custodiri concedimus. Sed si pro fiscali aut privato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitime respondeat. Quod si noluerit vel respondere, vel persequi litem suam, legitime in rebus suis executio procedat. Si vero tale sit crimen, ut necesse sit eam

1 l. 17. C. Theod. h. t. 2 Vide l. 25. & Auth. Hoc jus. supr. de procurat. Nov. 71. c. 1. 3 Aliud in pecuniariis causis. d. l. 25. adde l. 26. d. tit. de procurat. 4 Ex una & eadem l. 8. scil. C. Theod. de jurisd. hæc lex sumpta est, & lex 8. S. unde vi, & l. 1. J. de abigeis. 5 Vide quæ dixi ad l. 3. S. de his, qui accusar. adde Cujac. 1. observ. 20. 6 Sumptum ex l. 8. C. Theod. de jurisdict. lib. 2. 7 Vid. l. 3. ff. h. t. 8 Tenere, d. l. 8. 9 Austeritas. d. l. 8. 10 d. l. 8. Secretarium, locus in quem judices solent convenire. In eundem locum certo tempore Carthagini admittebatur populus ad ordinandum exactorem. adde l. 20. C. Theod. de exactionib. in princ. 11 Innocens nemo, si accusasse sufficiat. Goth. Corasium consule epist. quæst. c. 3. & latissime in his disputantem Anton. Corream ad lib. 5. tit. 1. ordinat. Lusitaniæ. 12 Innocentiam subjectam leges non feriunt. facit l. 12. S. h. t. 13 l. 2. J. tit. prox. vide l. 3. S. qui accusare. Hodie consuetudine passim recepta nemo accusaturus se inscribere ad pœnam talionis cogitur : ut ea ratione valeat consuetudo per quam pœna talionis sit sublata. Bart. in leg. si cui. 7. ff. h. t. ne metu talionis quis ab accusando deterreatur, & delicta impunita sint, contra legum voluntatem. l. ita. 51. in fin. ff. ad l. Aquil. Quod in testibus locum habere negat Baldus in cap. 1. §. injuria. de pace juramento firmanda, arg. l. 1. §. præterea. ff. ad leg. Cornel. de sicariis, & leg. 2. supr. de rebus credit. Corsetus sing. 12. 14 Vid. l. 2. infr. tit. proxim. 15 Pœnæ judicantur majores vel minores dignitatis ratione. 16 Mendacia haud impunita. 17 Pœna talionis. dict. l. 2. l. 7. l. ult. J. de calumn. l. 7. J. de vi publ. de qua sæpius alibi dixi. 18 Nempe quia detexit alios criminis socios. Pœna igitur reo de se confesso non minuitur, ob id quod socios criminis indicarit. 19 Consolatio miserorum est habere pares. 20 Inimicus de se confessus sua confessione inimicum onerare non potest. 21 De se confessus, non potest de alio interrogari, adde Rolandum a Valle 1. consil. 16. num. 7. & 17. & consilio 73. num. 1. & 20. nisi in causis lege, vel statuto exceptis, alii tamen putant hoc hodie non servari. vid. Clarum 5. sententiarum. §. ult. quæst. 21. versic. dictum socii. utut sit, criminis confessio ad majorem inquisitionem sociorum habendam sufficit. Clarus dicto loco, versic. retenta. non ad diem præcise eis dicendum, aut quæstionem habendam, nisi in casibus & criminibus exceptis, & aliis, concurrente tamen aliqua suspicione. Clarus dicto loco, versic. 4. si vero quæris. versic. successive. versic. sed quid. Quid si reus socii, vel mandatoris delator, fuerit alias perjurus? causa cognita faciet etiam indicium ad quæstionem habendam. Clarus dicto loco, versic. scias tamen. Quid si duo socii criminis tertium aliquem accusent? faciunt indicium ad quæstionem, non ad condemnationem mortis. Paponius 22. Arrestorum 13. n. 2. 3. Clarus dicto loco, versic. sed pœna. Hic addendum, Socio criminis accusati fidem non haberi nisi jurato. Clar. ibidem, versic. quæro. An vulnerati accusatio oneret accusatum, vid. Clarum ibid. versic. assertio vulnerati.

22 L. 9. Cod. Theod. dixi ad L. 48. ff. 3. 23 l. 2. Cod. Theod. h. t. adde l. 6. supr. de jurisd. omn. judic. 24 l. 3. Cod. Theod. h. t. Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 35. cap. 16. 25 Nemo criminis accusatus in vincula prius conjiciatur, quam convictus fuerit. Quod si etiam longo intervallo abest, non exhibeatur ante, quam actor inscripserit. Nam cum is inscripsit, tum deinde vel eum exhiberi oportet, vel requirendum fieri : data ei dilatione dierum, quantum satis erit ad res suas disponendas, non minus triginta. Synopsis dict. cap. 16. 26 l. 5. ff. h. t. 27 Imo vinciri potest. l. 1. vers. Interea. J. tit. prox. 28 l. 7. J. de calumniatoribus. 29 Vid. l. 3. S. qui accusare. 30 Pœna reciproci, pœna talionis. vid. l. ult. S. tit. prox. 31 d. l. 3. Cod. Theod. h. t. 32 Penates, dict. lege 7. Spatium ad mœstos penates componendos. 33 Id est, corruptelæ. adde quæ scripsi ad leg. unic. S. de nundinis. 34 Reus & accusator pariter & simul in custodiam publicam conjiciendi. leg. ult. S. titul. proxim. vide Clar. 5. sententiarum. §. ult. quæst. 18. versic. quando. 35 l. 4. Cod. Theod. h. t. 36 Vide exceptiones apud Accursium.

37 l. 9. C. Theodos. 3. pars tit. 3. lib. 48. 38 l. 1. C. Theod. h. t. 39 Quum quis reus fit criminis, quodcunque tandem id fuerit, sive habuerit accusatorem, sive a publicis personis transmissus fuerit, statim quæstio fiat. Si vero paulum differri oporteat vel propter temporariam accusatoris absentiam, vel quia socii non adsint, interim ei tormenta non adhibeantur, nec ferramenta sint arctiora vel in parte interiori custodiæ includatur, sed particeps lucis esto. Nocte revertente in locis custodiæ humanioribus eum recipi oportet, ac illucescente die emitti, & solis lumine frui, ne sæpenumero etiam innocens in hisce tormentis perimatur. vers. quod si accusat. Non liceat autem custodibus inhumaniter eos tractare. Nam præses de salute sua periclitabitur, si hoc cognito, non statim capita custodiæ præpositis absciderit. versic. Illud. Synops. Basil. 60. tit. 1. ex tit. 35. cap. 19. 40 Ferreæ manicæ. 41 Catenæ prolixiores. 42 Carceris locus. Sedes intima, in qua tenebræ multæ, lux nulla aut pauxillima. Petrus Gregor. Syntag. 33. n. 10. adde quæ dixi ad l. 8. §. 9. ff. de pœnis. 43 Nox geminat custodiam. 44 Vestibulum, carcer. 45 Publicum lumen quod cuivis patet. 46 Statorum, Haloand. de quibus alias dixi. 47 Crudelitas Stratorum adversus custodias, id est, reos custodia inclusos, ut hic. de eorum indulgentia in easdem vide l. 8. ff. h. t. 48 Adde l. 9. S. de Episc. aud. 49 l. 2. Cod. Theod. h. t. Goth. Declarationem hujus l. vid. apud Zanger. de tortur. reor. cap. 5. num. 71. Ant. 50 l. 2. S. tit. prox. 51 Educuntur ex carcere custodiæ apud acta. 52 Freni temperies judicibus severis injicienda, ne quem temere in carcerem conjiciant, vel conjectum detineant, vel damnent. 53 l. 3. C. Theod. h. t. 54 Mulieres a masculis in carcere separandæ. adde l. 1. S. divortio facto.

custodiri :

custodiri : si quidem fidejussorem dare potest, ipsi credatur : si vero juraverit fidejussorem dare se non posse, *juratoriam cautionem præstet de judicii observatione. Sed si crimen gravissimum sit de quo accusatur, in monasterium vel asceterium mittatur, vel mulieribus tradatur, per quas custodiatur. Judices autem qui hæc non servant, si majores sint, viginti librarum auri pœnam : si minores, decem solvant. Obedientes autem eis in prædictis casibus, spoliati cingulo dentur in exilium.*

4. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

AD [1] Commentariensem [2] receptarum personarum custodia observatioque pertineat [3]: nec putet hominem abjectum atque vilem objiciendum esse Judici, si reus modo aliquo fuerit elapsus [4]. Nam ipsum [5] volumus hujusmodi [6] pœna consumi, cui obnoxius docebitur fuisse qui fugerit. Si vero Commentariensis necessitate [7] aliqua procul ab Officio egerit: Adjutorem [8] ejus pari jubemus invigilare cura, & eadem statuimus legis severitate constringi. Dat. 3. Kal. Jul. *Contionati*, GRATIANO A. V. & PROBO CONSS. 371.

Causæ carceratorum debent velociter terminari. Bald.

5. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

DE [9] his [10], quos tenet carcer inclusos, id aperta definitione sancimus, ut aut convictos velox pœna subducat, aut liberandos custodia diuturna non maceret. Jubemus autem ut intra tricesimum [11] diem semper Commentariensis [12] ingerat numerum [13] personarum, varietatem [14] delictorum, clausorum ordines, ætatemque vinctorum. [Quod si hæc prætermiserit,] Officium [quidem] viginti libras auri ærario nostro jubemus inferre: Judicem vero desidem ac resupina cervice tantum titulum gerentem, extorrem impetrata fortuna, decem auri libris multandum esse censemus. Dat. 3. Kal. Jan. *Constantinopol.* GRATIANO V. & THEOD. I. AA. CONSS. 380.

Græca constitutio Justiniani hic deest. Ejus quædam pars a Triboniano jam posita fuit in l. 22. supra de episcopali audientia, *sed integrior, & prolixior, quæ hic esse debuerat, injuria temporum obliterata est. Ejus epitomen ex* l. 60. Basil. tit. 35. *& Antonio Augustino ita restituimus: nam multa idem Anton. Augustinus ad eam non pertinentia permiscuit.*

6.

Latine Antonii Contii.

NEminem [15] oportet injici custodiæ absque jussione magnorum magistratuum [16], aut locorum [17] defensorum. §. 1. Oportet autem episcopum [18] per quartam feriam [19], aut *parasceven* inquirere eos, qui sunt in custodia, quam ob causam inclusi sint, & siquidem servi sint, intra viginti dies emittere eos, vel castigatos, atque [20] etiam dominis redditos, aut si non appareant eorum domini, solvere ipsos. Si vero liberi sint pro [21] seditione [22] detenti, confestim [23] judicare ipsos, vel si pro alia quacunque causa, siquidem non habeant fidejussores, & pro criminibus detinentur, excepto crimine homicidii, statim eos judicari, si vero capitale crimen sit, intra triginta dies. §. 2. Si vero [24] majore postea dilatione necessaria existente, is, qui detinetur, non præbeat causam, committatur [25] suæ [26] juratoriæ cautioni, si absens fuerit. Si vero cædis est causa, siquidem ex delatione publicarum [27] personarum, intra sex menses judicetur. Scientibus publicis personis, quod si mentitæ fuerint, se iisdem subdendos pœnis. Si vero accusator, qui se inscripsit, auctor fuit ejus detentionis, detur reus sub fidejussione: vel si non reperiat fidejussores, maneat quidem in carcere: causa autem intra annum [28] terminetur. §. 3. Facta autem præsumptione, tanquam reus sit, in custodia maneat, donec causa terminetur. Si vero jam sententia lata est de inclusis, ea executioni mandetur, sive corporalis sit, sive pecuniaria. §. 4. In pecuniaria condemnatione potestatem habentibus cedere [29] bonis. §. 5. Episcopis [30] monentibus præsides, scituros se, & officium suum illaturos decem libras. §. 6. Habentibus etiam Episcopis potestatem deferendi principi, negligentiam (hisce in rebus) præsidum.

TIT. V.

DE PRIVATIS [31] CARCERIBUS INHIBENDIS.

Privati carceris crimen committentes, afficiendi sunt ultimo supplicio, & datur facultas judici de hoc crimine inquirendi. Salic.

1. Imp. ZENO A. Basilio P. P.

JUbemus [32], nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem, vel Ægyptiacam diœcesim, aut in quibuslibet imperii nostri provinciis, vel in agris suis, aut ubicunque domi privati carceris exercere custodiam, viro Spectabili pro tempore Præfecto Augustali, & viris clarissimis omnium provinciarum Rectoribus daturis operam semperque futuris in speculis, ut sæpe dicta nefandissimorum hominum arrogantia modis omnibus opprimatur. Nam post hanc saluberrimam constitutionem, & vir Spectabilis pro tempore Præfectus Augustalis, & quicunque provinciæ moderator, majestatis [33] crimen proculdubio incursurus est, qui cognito hujusmodi scelere, læsam non vindicaverit majestatem. † Primatibus [34] insuper officiorum ejusdem criminis laqueis constringendis: qui simul atque noverint memoratum interdictum facinus in quocunque loco committi, proprios Judices de opprimendo nefandissimo scelere non protinus curaverint instruendos. Nam illud perspicuum est, eos, qui hoc criminis genus commiserint, etiam pro veterum legum, & constitutionum tenore, tanquam [35] ipsius majestatis [36] violatores ultimo [37] subjugandos esse supplicio. Dat. Kalend. Jul. *Constantinop.* LONGINO V. C. CONS. 486.

Notatur hic deesse Græca constitutio. Ejus epitomen Latine ediderat Contius ex lib. 60. Basil. tit. 55. *interprete Cujac.*

2 * [38].

COnstitutio jubet privatas custodias non fieri, & eos, qui fecerint, pœnæ subjici, & tot [39] dies manere in publico carcere, quot fuerit quis in privato ab eis inclusus, cujuscunque sint *conditionis, vel dignitatis*: amittere etiam [40] *eos causam, quam habent*, adversus inclusos, providentia *episcopi* [41], & præsidis: quod si neglexerit præses, & bonorum, & salutis periculum sustinebit.

TIT. VI.

SI REUS [42], VEL ACCUSATOR [43] MORTUUS [44] FUERIT.

1. * Epitome ex lib. 60. Βασιλ. titul. 56. cap. 1.

SI miles λιποτάκτης [45], (id est, desertor militiæ,) decesserit, solvitur [46] crimen.

Possunt plures de eodem crimine accusari in uno libello: & uno mortuo pendente processu, nihilominus durat instantia quoad reliquos. Bald.

2. Imp. ANTONINUS A.

ETsi Marcellus, qui crimine falsi [47] postulabatur, vita functus est, ac per hoc crimen in persona ejus sit extinctum, accusatio [48] tamen non est abolita: cum tam uxorem ejus, quam [49] te eodem crimine postulatos esse proponas. PP. 7. Kal. Octobr. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

Morte accusati liberatur accusator a prosecutione criminis instituti. Salic.

3. Idem A. Proculo.

SI is, quem homicidii [50], seu cujusvis criminis postulasti reum, vita functus est, frustra ob pœnam desertæ [51] accusationis conveniris: cum morte ejus crimen cum pœna sit extinctum, ac per hoc tibi adempta est necessitas accusationis. PP. 4. Kal. Octobr. *Romæ*, SABINO, & ANULINO CONSS. 217.

Etiam eo mortuo, qui fabricavit falsum instrumentum, si quis illo instrumento utatur scienter, potest accusari de falso. Bald.

4. Imp. ALEXAND. A. Veronitiano.

SI (ut proponis) causa pecuniaria [52] ad emolumentum tuum spectat, licet Annianus cui falsi [53] crimen auctor tuus intendebat, vita functus sit: non prohiberis, si quis adversus te instrumento quod in dubium vocatur, uti cœperit, accusationem instituere. Quamvis enim in persona principalis rei morte subducti jam subsistere non possit; tamen si [54] quis illo uti voluerit, intelligit se periculo criminis esse subjectum. PP. 6. Kalend. Januar. ALBINO & ÆMILIANO CONSS.

5. Imp. GORDIANUS A. Rufino.

DEfunctis reis publicorum criminum, sive ipsi per se ea commiserunt, sive aliis mandaverunt [55], pendente accusatione, præterquam si sibi mortem [56] consciverint, bona successoribus eorum non denegari notissimi juris est. PP. 7. Kal. Novemb. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

1 l. 5. C. Th. h. t. 3. Reg. 20. Act. 16. & 17. 2 Commentariensis, qui in commentarium custodias refert ὑπομνηματογράφος. 60. Synops. 35. cap. 21. 3 l. 2. ff. h. t. 4 Fugiens ex carcere publico, delictum confiteri intelligitur : ideoque, etsi criminis innocens, punitur. l. 13. ff. h. t. Quid qui vinculis ruptis, aut effracto carcere, ostiove aperto, aufugit? capitaliter puniri negant Interpretes : Sed nec eum qui aufugere conatus est, nec aufugit, quive non legitime in carcerem conjectus est. Clar. 5. sentent. §. ult. quæst. 2. vers. Tertio autem. Quid si antequam in carcerem conjiceretur, accusatus aufugit? Hujusmodi fugam facere indicium ad quæstionem negant : quin spontanea præsentia ejus fugam purgari existimant. vide Clar. dict. loco, vers. fuga. Quid fuga militis ab exercitu? alias dixi. adde de fuga, l. 1. S. de servis fug. Novell. 53. cap. 4. l. 15. S. de probat. l. 7. §. 2. ff. de suspect. l. 28. in fin. ff. de bon. libert. 5 Idem in judice : si pecunia accepta reum absolvit. Paul. 5. sentent. 16. §. 12. 6 Commentariensis, cujus dolo vel negligentia custodia evadit, eandem pœnam sustinet quam is, qui effugit, sustinere potuit, ut hic. Negligentia tamen substituti, commentariensi non est capitalis. vers. Si vero. J. h. t. vid. Boss. c. 4. de comment. vid. Clar. 5. sentent. ult. quæst. 68. Eodem modo judex cujus dolo reus legitimam pœnam evasit, pœnam quam absolutus pati debuit, sustinet. Paul. 5. sentent. 16. §. 12. Quid si Commentariensis muliere in custodiam conjecta abutitur? suspendio dignum esse putant. vid. Clar. 5. sentent. §. Fornicator, vers. cum carcerata. 7 Negligentia substituti vel adjutoris Commentariensis, pœnam Commentariensis justa ex causa absentis elevat. 8 l. 6. Cod. Theod. h. t. 9 Deest hic sententia integra, vide d. l. 6. 10 Diu Custodias in carcere detineri non oportet : sed cito vel absolvi, vel puniri. Synops. Basil. 60. tit. 35. cap. 21. 11 Commentariensis intra trigesimum diem debet numerum, & quantitatem custodiarum præsidi inculcare. Græci lib. 60. Basil. ita interpretantur καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἕως λ. ἡμέρας. 60. Ecl. 35. cap. 12. id est, per singulos dies usque in trigesimum diem. vid. Cuj. c. 10. de præscript. 12 Ὑπομνηματογράφος. Syn. ibid. 13 Τὴν γνῶσιν τῶν ἐγκεκλεισμένων, notitiam inclusorum. Synops. ibid. 14 Ποιότητα. d. c. 12. id est, qualitatem. 15 Synops. d. c. 21. 16 Adde regiæ urbis. Synops. 17 Subaudi in provinciis. Synops. Porro loci defensores, ἔκδικοι κατὰ τόπους. 18 l. 22. §. 1. S. de episc. aud. 19 Κατὰ τετράδην. alii κατὰ τετράδα. Ecl. d. loco. dixi ad d. l. 1. 20 Καὶ τοῖς, alii legunt, ἢ τοῖς. Eclog. d. loco. 21 Ἐπὶ ἀταξίᾳ. Syn. 22 Ἐπὶ ἀταξίᾳ, Græci hic ἐπὶ ταξίᾳ. Ecl. ibid. 23 Seditionis causa moram non recipit. l. 6. §. 9. ff. de injusto rupto. 24 Vid. Cujac. 20. observat. 13. 25 Vid. Cujac. dict. loco. 26 Ἐξωμοσία. Synops.

27 Vid. l. 14. S. de accusationib. 28 Annus datur causis criminalibus custodiarum finiendis, ut hic, biennium, quoties rei causam non dicunt ex carcere. l. ult. J. ut intra cert. tempus. 29 Ut S. qui bonis cedere. 30 Vide quædam in editione Nivelliana ex Paratitlis Græcis & Theodoro Hermopolita.

31 L. 9. Cod. Theod. 11. 6. Harm. 14. c. περὶ ἰδιωτικῶν φυλακῶν, l. 23. supr. de episcop. aud. l. 39. §. 1. ff. ad leg. Aquil. excipe l. 25. ff. ad leg. Jul. de adult. l. 224. ff. de verb. signif. 32 Synops. Basil. 60. titul. 35. & titul. 55. cap. 1. 33 Ἱεροσυλίας, 60. Eclog. 35. ex tit. 55. cap. 1. 34 Primates officiorum. 35 l. un. C. Theod. h. t. 36 Καθοσιώσεως. Ecl. d. loco. 37 Pœna privatorum carceres habentium, ut hic, est & alia in l. 2. J. h. t. hanc legem quidam extendunt ad judices qui quæstioni subjiciunt immeritos seu non torquendos. dixi ad l. 17. J. de quæst. 38 Ad Mennam P. Prætorio. vid. Cujac. hic. 39 Prima pœna. 6. Harmenop. 14. d. loco. 40 Altera pœna. 41 d. l. 23. S. de episc. aud.

42 l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. J. h. t. l. 3. l. 6. ff. de public. judic. l. 15. §. 3. 4. ff. ad SC. Turpill. 43 l. ult. vers. idem observatur. J. h. t. l. 13. ff. de publ. jud. 44 60. Eclog. 36. lib. 59. cap. 2. Morte rei crimen extinguitur excepto crimine majestatis, proditionis, & insidiarum contra principem. Eclog. d. loco, c. 12. l. 20. ff. de accusat. repetundarum. d. l. 20. peculatus & de residuis. l. ult. ff. ad l. Jul. peculatus. mariti ab uxore veneno interfecti. l. 9. in fin. ff. de jur. fisc. hæreseos. l. 4. §. 4. S. de hæret. & Manichæis. ἀποστασίας, l. 4. S. de apost. sui ipsius interfectoris. vid. Clar. 5. sent. §. ult. quæst. 51. vers. quæro nunc & seq. & breviter : In quibus casibus pœna amissionis bonorum est imposita a lege, ipso jure potest de eo crimine tractari contra heredes, ad bonorum & fructuum inde perceptorum confiscationem. In causis vero pecuniariis, si lis contestata. Clar. ibidem versic. scias etiam. Quid, in cadaver mortui potestne judex aliquid statuere, vel ut suspendatur, vel ut exuratur? Quidam negant statui id posse: Sed tamen fatentur contrarium observari, & exempla simul apud Gallos, Castellanos, & Italos extare. Clar. ibid. versic. sed hic incidenter. Nequaquam vero delicto defuncti heredes obstringi, ultra vires hereditarias: multo minus pœna corporali puniri. Clar. ibid. vers. ulterius, & versic. scias tamen. 45 De reo desertæ militiæ. 46 Imo non solvitur. l. 4. J. de re milit. l. 12. t. 36. 47 De reo criminis falsi. 48 Morte rei crimen extinguitur, at non accusatio. 49 Plures eodem libello de eodem crimine accusari possunt. 50 De reo homicidii seu cujusvis criminis mortuo. 51 Mortuo reo, accusator juste accusatione desistit, ut hic, & l. 15. §. 3. ff. ad SC. Turpillian. 52 l. 6. ff. de publ. jud. 53 De reo criminis falsi. l. 2. supr. h. t. 54 Etiam mortuo auctore falsi instrumenti, qui eo utetur, accusari potest. 55 De reis publicorum criminum. 56 De mandatore criminis alias dixi.